



Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem
libros partitum**

Marulić, Marko

Coloniæ, 1532

VD16 M 1298

Pro quibus facienda est eleemosyna. ca. 15.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35578

Pauperum v̄sus quantum debes non contulisse. Iudicij enim illi sine misericordia fiet, qui non fecerit misericordiam. Sugeſt ut videamus, pro quibus facienda erit eleemosyna, ut postea paulo plenius quam dictum est, eleemosynarum quæſtum commodaq; consideremus.

Pro quibus facienda est eleemosyna.
Cap. XV.

Iob: 1.

I. Reg. 7.

Numb. 33

Act. 9.

PRQ filijs offerebat holocausta Job, dicens, ne forte peccauerint in cordibus suis. Exempli nobis est, vt pro ihs qui grauiter lapsi sunt, non solum prece m̄ur, sed etiam eleemosynas offeramus. Offerenda erit eleemosyna & pro illis, qui in aliquo vitæ discriminē constituti erunt vt liberentur, & postquam liberatis erint, vt pro beneficio a domino collato gratia referatur, qui illud quod pauperi impenditur, fatetur impensum sibi, Samuele sacerdote holocausta offerente Israe- litæ parua manu ingentes Palæstinorum copias fuderunt. Territi enim hostes tonitru & fragore de cælo missis terga verterunt. Non est autem acceptior domino holocausti oblatio quam eleemosynarum pia largitio, ipso dicente. Misericordiam volo & non sacrificium, alias vero iñdem Hebræi cum duce Phinee superassent Madianitas, domino per Moysen iubente, prædæ totius quinquagesimam soluerunt sacerdoti ac Leuitis, & quia nemo ex eis desideratus fuit illo prælio, aurū domino consecrarent, cuius benignitate & a periculo seruati fuerant. & victoria donati. Qui ergo in proximos misericordes extiterint, in hostem viatores erunt, & deo protegente terræ marisq; discriminata tui pertransibunt. Pro ægrotantiū quoq; sanitate, ac pro delictis mortuorum eleemosynarum liberalitas utilis habetur. Quod si Tabitham Petrus & Drusianā Iohannes de morte ad vitam reuocarunt, pauperum precibus permoti, quorum inopiam illæ sua ope sustentauerant, quanto facilius creditu est, eos de ægritudine ad sanitatem esse reuocandos si eis expedierit, qui eadem beneficentia in egenos v̄si fuerint: Aut si non sanabuntur, meliorem

mercedem relatuos a domino quam ipsam corporum sanitatem. Porro pro defunctis eleemosynas facere, ex consuetudine religionis Christianæ est. In veteri autem instrumento hoc ipsum astruitur ex autoritate Iudee Machabæi principis ac virtutis multa in deum pietate insignis. Ille enim collatione facta, duodecim milia drachmarum argenti misisse Hierosolymam dicitur pro delictis eorum qui in prælio ceciderant offerenda. Et sancta (inquit) ac salubris est cogitatio pro defunctis orare, ut a peccatis soluantur. Nunc quanta vis atque potestas eleemosynæ sit memoremus, non nostra præsumptione vni, sed autoritate instructi diuina, ne quis aliter sentientium cauillationi locus sit. Quis enim fidelium tam temerarius est, ut scripturarum sententiam audet impugnare?

¶ De eleemosynæ utilitate Cap. xv.

Tegimus in proverbiis diuina humanaque sapientia insigniti Salomonis: Minus absconditum extinguet iras, & donum in sinu indignationem maximam. Reprimitur igitur dei vindicta in peccatores, quietes misericordia exercetur in pauperes. In libris itidem diuinis audimus Raphaelem angelum Tobie dicentem, Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, magis quam thesauros auri concedere, quoniam eleemosyna a morte liberat, & ipsa est quod purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam. Times ne si dederis, ipse egeas? Sed dare eleemosynam magis prodest quam thesauros recōdere. Times mori? sed eleemosyna a morte liberat. Times damnari? sed eleemosyna peccata purgat, & vitam lucratur æternam. Tot terribilius regum metu hominem existimat eleemosyna, & ad summam prouehit beatitudinem, tu tamen auarus cumulandis non distribuendis opibus inhiias, veluti de promisso dubius, de pollicitatione incertus, cum multis aliis in locis veritatis ipse sermo eadem assueret & astruat. Iam primū hominis in egenos beneficium non minui, sed augeri, Salomon restatur in proverbiis, dicens, Generat dominus qui misericordia pauperis. Fœnus est autem pecuniae commodatae factus, quod

Prou. 21.

Tob. 12.

Prou. 19.

Z